

A2 Latin Unseen Verse (OVID) Past Paper: 2011 (Arion's rescue)

Ovid tells the story of the poet Arion. Returning home to Greece after a successful visit to Sicily, Arion was ambushed by the crew of the ship but was eventually rescued from the sea in an unusual way.

quod mare non novit, quae nescit Ariona tellus?
carmine currentes ille tenebat aquas.
saepe sequens agnam¹ lupus² est a voce retentus,
saepe avidum fugiens restitit agna¹ lupum.² 5
nomen Arionium Siculas impleverat urbes,
captaque erat lyricis³ Ausonis ora sonis;
inde domum repetens puppem⁴ conscendit Arion,
atque ita quaesitas arte ferebat opes.
forsitan, infelix, ventos undasque timebas,
at tibi nave tua tutius aequor erat. 10
namque gubernator dstricto constitit ense
ceteraque armata conscia turba manu.
ille, metu pavidus, 'mortem non deprecor'⁵ inquit,
'sed liceat sumpta pauca referre⁶ lyra.'
dant veniam ridentque moram. capit ille coronam, 15
quae possit crines,⁷ Phoebae, decere tuos.
protinus⁸ in medias ornatus desilit undas:
spargitur impulsa caerulea⁹ puppis⁴ aqua.
inde (fide maius) tergo delphina¹⁰ recurvo
se memorant oneri supposuisse novo; 20
ille sedens citharamque¹¹ tenet pretiumque vehendi
cantat et aequoreas carmine mulcet¹² aquas.

Ovid, *Fasti* 2.83-116 (with omissions)

Names

<i>Arion</i> , -onis (acc. <i>Ariona</i>) m.	Arion
<i>Arionius</i> , -a, -um	of Arion
<i>Siculus</i> , -a, -um	Sicilian
<i>Auson</i> , -onis m.	Auson (ancestor of the Ausonians in S Italy)
<i>Phoebus</i> , -i m.	Apollo (patron god of music and poetry)

Words

1 <i>agna</i> , -ae f.	lamb
2 <i>lupus</i> , -i m.	wolf
3 <i>lyricus</i> , -a, -um	of the lyre
4 <i>puppis</i> , -is f.	ship
5 <i>deprecor</i> , -ari	I pray to avoid
6 <i>refero</i> , -ferre	(here) I play
7 <i>crines</i> , -ium m. pl.	hair
8 <i>protinus</i>	at once
9 <i>caeruleus</i> , -a, -um	dark
10 <i>delphin</i> , -inis (acc. <i>delphina</i>) m.	dolphin
11 <i>cithara</i> , -ae f.	lyre
12 <i>mulceo</i> , -ere	I soothe, soften

